Illustres et Magnci Palatin, Podoliæ et Castellan, Leopo-liensis Roborant. 1144

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premysliensibus Illustres et Magnifici Alexander in Belzec Belzecki
Palatinus Podoliae Belzensis Capitaneus ab Una, et Andreas Ma-
ximilianus de Oleszowice Fredro Castellanus Leopoliensis parte ab altera. 1096
Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus,
Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad
Actum modernum attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo, palam,
libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet eorum
seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et
invicem Una pars alteri ac posteris Utriusque partis, se, ac suos Succes-
sores, in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniarum
quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus
Contractum certum inter se Ratione certarum rerum
et Conditionum in eodem Contractu contentarum, de Actu et
data illius hic Premysliae die Sexta Mensis Aprilis Anno
praesenti confectum et conscriptum, manibusque suis Propriis utriusque
Subscriptum: In omnibus et Singulis eiusque Contractus
Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadiis, ligaminibus
ac nexibusque generaliter Universis firmiter tenere, complere, exequi,
ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusque Contentis
tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfa-
cere, Contractumque praefatum ad Inscriptionem praesentem roborando

et Inferiorem praesentem roboratos ad praedictum Contractum Vicissim in toto referendo, idque sub Vadio Summa Novem Millium Quingentorum florenorum polonicorum, per parti, cum Successoribus Utriusque partis, ob non completionem praeventorum Contractus praefati omnium et Singulorum tam in toto, quam in parte totiesquoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbito, ac per eatque punigati ex contentis Contractus praefati non complera complendum, citata exinde parte parte una praemissa non tenens, sive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complendum Vel illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc in casu subito, quo ad rendum spectat mediante, semper in primis citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, rendere, Vadium praefatum luere, Interesse huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eaque omnia inscribit et obligat praesens illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequendum Causa eius Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem Vel alys quibusuis dilationibus ac legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Utraque proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa ac nova pro dnis simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalys Juris, Deponere Terri, bello, Conventione ac alys omnibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec

modo alio quovis evadendo. Haecq praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante. 1154

Vstrzycki Fredra Quietat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Premysliens[ibus] Gnosus Mathias Stanislaus de Vnichow Vstrzycki, Iudex Terrae Sanocens[is]. Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti Verò Castren[si] Capitaneali Premysliens[i] Iurisdictioni, quò ad Actum hunc attinet, Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenariè incorporando atque subiiciendo, palam, liberè, publicè, ac per expressum recognouit. Quia ipse Gnosum Stanislaum de Plessowice Fredro, Subdapiferum Podoliae, et ipsius Successores, de Summa Quadringentorum florenorum polonic[alium] ex Summa originali Mille Quadringentorum florenorum polonic[alium] sibi Recognoscenti per eundem Supratum Gnosum Subdapiferum Podoliae, modo simplicis Debiti Actis Officii praesentis inscripta, et super bonis eius generaliter omnibus ad soluend[um] assecurata sese deriuante: nec non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea, quò ad Summam Supratam Quadringentorum florenorum polonic[alium] tantummodo sese referente ob praestitam sibi Recognoscenti Summae praefatae persolutionem Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum pronuntiat: Inscriptionem eandem debitoream, quò ad interesse Summae praefatae spectat Cassat, mortificat, et annihilat praesentis. Salua nihilominus Summa restante Mille florenorum polonic[alium], tum et Inscriptione eaque Debitorea super Summam eandem sese extendente sibi Recognoscenti pleno in robore reservata.

Horodÿski, alteri Obligat.